

1704. d. 25. Aug.
Monseigneur

Eadem hora, qua percepi de felici adventu Iaroslaviae Illustrissima Celsitudinis Vestrae, capedio hanc Fidelissimam Literam, cum omni voto prosperissimi Successus et expressione obsequij mei. Non dubito Illustrissimam Celsitudinem suam, optimam habere notitiam de omnibus occasionibus Neoelecti, commissis mihi ad hoc Palatinatus Aussia, praecipue qualiter de amicis suis et eorum intervenientijs in casu iniuria alicuius pessusit me ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram intercedere, proinde ea

Siducia et motivo melioris executionis provin-
cia mea humanissime insto ad Illustrissimam
Celsitudinem suam, quatenus bonis Illmi Pala-
tini Litovic suam dignetur prestare prote-
ctionem, et eiusdem uti optimi nostri ami-
ci, oppido nuncupato Lezaysk, post factam
desolationem favere dignetur, per restitutio-
nem variarum pecedum, in eodem oppido, atq;
alijs villis illuc spectantibus abruptarum
tum per dimissionem hominum cum sua
supellectili et proprietate, inde etiam ad Castra
Serenissimi Regis Poloniae, cum notitia Illmae C. Vre
ad ductorum, In reliquo ab eodem Illmo Palatino